



**I**Odocus ille Anno 1482 in Sueuia natus & etiã  
 educatus est. Is felicissimo ingenio præditus lite  
 ris operã dedit, & prima artium fundamēta in Ger  
 mania iecit. Cum autē eo tempore Parisiensis scho  
 la esset celeberrima, eò profectus philosophiã &  
 Theologiã diligenter incubuit, & magnam in ijs  
 eruditionem acquisiuit. Hoc modo literis instru  
 ctus domum redijt, & pietatis amore Bernardi  
 norũ ordinem in Salem monasterio (quod & Sal  
 manschuuiler dicitur) suscepit. Ibi cum summa mo  
 destia uiueret, anno 1517 uicesimus eius loci Abbas  
 eligitur. In eo loco literas quantum fieri potuit pro  
 mouit, & tãdem anno ætatis 47, salutis uerò nostræ

1565 obiit, atq; magnam uirtutis opinionem ibidem de se reliquit. Ibi etiam ho  
 norifice iuxta cæmiterij ambulacrum sepultus quiescit. id quod Anno 1565 eo  
 in loco, dum per Germaniam rerum inquirendarum gratia peregrinarer, dili  
 genter obseruaui. Anon.